Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite CLXXXI



## *In Bibliotheca Constantinopolitana.*

PAg. 58. *S. Ephræm Syri* orationes variæ, de pœnitentia, & temperantia, eleemosyna, mansuetudine &c. De Antichristo, & consummatione seculi, & de tremendo secundo adventu Domini nostri Jesu Christi.

Pag. 62. *Liber dictus Thocaras*, complectens precationes ad Deum. *Ex codice Vaticano* 1190. *& Coisliniano* 312. *constat, in libro Thocaræ, seu potius Thecaræ, plerasque precationes ex Sancto Ephræmo Syro desumptas esse.*

## *In Bibliotheca Imperatoris Viennæ Austriæ.*

PAg. 64. *Ephræm varia opera Theologica.*

*Ephræm Pisyri* Theologica nonnulla. *Lambecius Biblioth. Cæsar. lib. 1. pag. 123. advertit, verba Græca* τῦ Ἐφραὶμ τῦ Σύρυ, *erroris occasionem præbuisse, ut Ephræm Pisyrus diceretur: ex iis enim verbis ab ineptis librariis Latinis primo quidem Tisyri, deinde autem Pisyri factum fuisse. Nec error hujusmodi caret exemplis in Apparatu Possevini: Nam in Appendice ad tom. 3. pro Theodori Studitæ, pag. 47. & 48. dicitur Theodori Tostudii, & Tostridii.*

*Ephræm de temperantia, virtutibus, de moribus & futuro judicio. Homiliæ sacræ de variis religionis capitibus, de dilectione, & pœnitentia, & sermo* ψυχωφελὴς *de Antichristo.*

## *In Bibliotheca Bavarica.*

PAg. 75. Cod. LXXVII. *Ephræm Syri Sermo de timore Dei. Ejusdem Sermo* Περὶ ἀφοβίας τῦ Θεῦ. *Ejusdem de dilectione De illis, qui charitatem non habent. De longanimitate. De illis qui non habent longanimitatem. De patientia. De illis, qui patientiæ expertes sunt. De vacuitate iræ. De velocitate ad iram. Ejusdem Ephræm Sermo Paræneticus. Admonitio de occurrentibus cogitationibus. Adhortatio quarta. Adhortatio ad juniores de obedientia. De patientia adhortatio sexta: & aliæ ejusdem argumenti parænefes. Ejusdem Sermo de pœnitentia, & alii plures. Ephræm de secundo adventu.* fol. min. chart.

Cod. LXXVIII. *Sermones varii ex Chrysostomo, Ephræm, Damasceno, aliis.* char. 4.

Pag. 76. Cod. LXXXI. *Theodori Studitæ Catecheses CXXXV.* quarum quinquagesima sexta est de laudibus S. Jo: Chrysostomi, & S. Ephræm Syri, ut liquet ex Cod. Coisliniano 271.

Cod. LXXXIV. *Ephræm Sermones varii.* fol. char.

Cod. XC. *Ascetica S. Ephræm initio mutila, tredecim sermonibus comprehensa.* Cod. 12.

Pag. 79. Cod. XCIV. *S. Ephræm, vel Chrysostomus, de patientia & consummatione mundi: & de altero Christi adventu: & de scripturarum meditatione, & quæ sit quietis utilitas.* Non Chrysostomo, sed Ephræmo tribuitur hic Sermo, cujus initium, λαμπρὸς ὁ βίος, in Codicibus Vaticanis 439. 729. Palatino 368. Alexandrino 42. Cæsareo Vindobonensi 31. & Ottoboniano 1.

Pag. 81. Cod. CLXIII. *Ephræm de die judicii.*

## *Bibliotheca Heidelbergensis.*

PAg. 95. Cod. XVII. *S. Ephraim Sermo de consummatione, de Antichristo, de caritate.*

Pag. 98. Cod. XLI. Palladii Helenopolitani de sanctorum vitis, ubi num. 48. de *Ephraimo*.

Pag. 101. Cod. XCI. *S. Ephraimi Sermones, seu præceptiones breves ad animæ salutem perutiles. De virtutibus & affectibus animi, utilis & doctus libellus.*

Pag. 110. Cod. CCXLV. *Ephraimi Sermo in omnes sanctos.*

Cod. CCXLVII. *Nicetæ Heracleæ Metropolitani Catena* Patrum in Psalmos, ex Basilio, Chrysostomo, *Ephraimo*, Nilo &c.

Pag. 112. Cod. CCLVIII. *Pauli Abbatis* collectanea sacra, in quibus citantur Patres Palladius, *Ephraimus*, Nilus &c. Item vita *Ephraimi*.

Cod. CCLXIX. *Ephraimi Syri Sermones tres: primus de charitate, deque consummatione hujus seculi & futuro judicio: alter de compunctione cordis: tertius de patribus in Domino defunctis.*

Pag. 114. Cod. CCCVIII. *Ephraimi Syri vita.*

Pag. 117. Cod. CCCXLII. *Leontii Hierosolymitani* disputationes adversus hæreticos. Citat Patres, Athanasium, Basilium, *Ephræm Syrum*, Chrysostomum &c.

Pag. 118. Cod. CCCLVII. *Antiochi monachi Pandectes*, ab alio monacho interpolatus. In eo Pandecte citantur Chrysostomus, Isaacus Syrus, *Ephraim*, &c.

Pag. 119. Cod. CCCLXIII. *Ephraim ascetæ Sermo in formosum Joseph.* num. 31.

Pag. 120. Cod. CCCLXIV. *Ephraimi Syri homilia de compunctione cordis.* num. 4.

*Ephraimi Syri in Meretricem, quæ pretioso unguento Domini pedes unxit.* num. 7.

Pag. 21. Cod. CCCLXVIII. *Ephraimi parænesis, cum appendice de iis, qui affectibus indulgent, vanamque gloriam & honores quærunt, & de iis, qui cum sua ipsorum incuria exorbitent, aliis prætextibus peccata sua excusant.*

*Ejusdem Sermo de patientia, de consummatione hujus seculi, secundo adventu Domini, perpetuoque justorum regno, & sceleratorum supplicio. Exhortatio item ad meditationem sacræ scripturæ, quibus compendiis, & artibus inimicus uti soleat. De precum utilitate. De quieto virtutis & probitatis studio.*

## *In Regia Fontis Bellæi Bibliotheca in Gallia.*

PAg. 125. *Abbatis Ephraim Sermo de Meretrice, & opusculum ad monachos, quomodo ad Deum accedendum sit media nocte.*

## *In Regia Scoriacensi Bibliotheca in Hispania.*

PAg. 130. *Ephraim Syri, & aliorum homiliæ & adhortationes.*



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0225
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg